

9
uicq; mltor scribendum ac dimicandum uenerunt, uel
λεχιδόιοις etiam, ac minime cogitantibus, quam ab
súrda, uel impia effútiant, temere exciderunt. Nam
qui ueritati cedant, qui demonstratos ab alijs seu seipsis
agnitos errores, agnoscant, retrahant, aut emendent se,
uero, paucissimi sunt ac rarissimi. Tinguuntur potius
ac conquiruntur undiq; fúci, Sophismata & Phar-
maca uide' σοφά, & δὲ εὐδὲ βῆ, ad inexcusandos pal-
liandos & excusandos errores ac furores etiam absurdissimos.

Exemplo fuerit uel solus ille Apostata Flaciús, in
defendendo furore teterrimo, de Peccato substantiali,
& alijs ab illo motis certaminibus furiosis & fana-
ticis. Exemplo item fuerit schola impia Jesu-
itarum, quæ idola & errores regni Pontificij nouis
Sophismatibus indesinenter & colorat, ut taceam
alios innumeras in alijs maximi momenti con-
tro uersis, absurdissima quæq; spargentes ac propugnantes,
ac non tam de ueritate dogmatum, quam
de suis opinionibus, addo & furoribus, rabiosissime
dimicantes:

Hinc ergo querela sunt tristissima, de infinitate
dissidiorum ac dissensionum publicarum, de Leuitate
Doctorum Ecclesie, deq; magnitudine teterrimo-
rum scandalorum, quæ a dissensionibus illis agni-